

ritatur, multaq. deuoret solida sine vlo dissectu. Verum in hoc non imitabitur, quod *Lio* postea biduo aut triduo inediā ferre potest. Quia nimurum ventrem prius ultra satietatem etiam inficeruit, & quia intestina eius gyris conuoluntur, in quibus diutius alimenta moram facere confuerunt.

An igitur animalculum hoc *Chameleo* veteribus nostris non iusta absque ratione aliqua dictū fuit, quasi parvus, pumilus & humili *leo*. Veluti herbas quasdam *chamēcyparissum*, *chamedrym*, & *chamēpīn* dicimus, ab arboribus, quas vel folijs, vel odore amuluntur, à *Cyparis*, *Quercus* & *Pīnus*. Volunt autem sic appellatum aliqui *parvum leonem*, quod capite leonem amuletur, quod tamen

Aristoteli haud placuerit, cum dicat huius rostrum esse simiae porcariae simillimum. Alij vt *Gesnerus*, à cauda deriuant nomen. Cauda sanè animalis huius leonis *alcaam*, ait, quodammodo representat. Licto magis placet ita dictum à rapina & venatione, quam in alia animalcula exercet. Annotat enim ex alijs *Dalecham*, pius in cap. 34. lib. 8. *Plinij*, Quamuis famem multos *Chameleo* menses toleret, lingua tamen sesquipalmum minorē longè exerta, ac vibrata, mucoq. oblita, locutas, formicas, muscas, scarabaeos & alia insecta, quibus vescitur, eum corripere, retinere, & ad te adducere. Hac si quis Aristoteli aliquo modo suffragari posse crediderit, me minimè repugnantem, ut communis Preceptoris semper dicta & facta tueri valeam, habebit.

Et tamen adeò *Plinij* aliorumq. opinio, qui solo aere vivitare *Chameleontes* sibi persuaserunt, præualuit, ut qui nunc etiam diligenterissimè orientalium, nationum, & animalium mores descriperunt, & loca eadem ipsa adierunt, ab ea dimoueri nondum potuerint. Notat *Pigafetta* in *Regni Congiani* descriptione, & quidem in *Bamba*, quæ ex eiusdem regni sex prouincijs principalior est, ibi reperiiri *Chameleones* quoque, qui habitent in altissimarum rupium cæcumibus. Non autem nutritri ut reliqua animalia herbis, aut alijs fructibus è terra nascentibus, sed solo aere sustentari.

Linschotanus quoque, in quarta *India orientalis* parte cap. 1. hæc habet: *Chameleontem*, quos solo aere vivitare sanè fertur, ibi numerus frequens est, qui tam innoxii, & nulli infestis oberrant. Miror magis *Bernardinus Paludanum* in annotationibus suis ad hunc locum, hæc adiunxit. Solus animalium nec cibae nec poru alitur, nec alio quam aeris & roris swapidi alimento vivitur. Adeò difficile est, magnis quoque viris, qui iurarunt in verba magistrorum, veteribus in manifesta etiam re falsis obloqui, ut hoc tentantes aduersus quodammodo stimulum calcitrare sibi videantur. Et *Paludanum* fugisse, quod *Chameleontes* muscas saltem venarentur, easq. deuorarent, vix credideram, virum in animalium & plantarum historia versatissimum, qui apud *Enkhusanos* fuos, animalium, aliarumq. rerum omnium *Indicarum*, tam orientalium quam occidentalium, penum habuit instructissimam: quorum omnium catalogum ad Illustriss. *Cardinalem Barberinum*, transmissum nuper cum volupate perlegi.

Ioannes Leo præterea, in 9. sua *Aprice* parte, etiam ex radijs solaribus nutritri hoc animal scripsit. Ex hoc scriptore *Scaliger* in fine *Exercitationis suæ centesimæ nonagesimæ sextæ*, quæ habet, & quomodo præcipue *Chameleon* ex ore, filo saliuæ transmisso in caput venenati serpentis, hunc occidat, omnia

omnia transcriptis. Qui amplius quid de hoc nosse cupit, Tomum primum nauigationum *Ramusij* adest, & Relationem *Andrea Corsali Florentini* consulat, in qua *Sucotram* Infulam & *Chameleontem* bene describit, deq. coloris variatio- ne suo modo argumentatur.

Hucusque *parvum leonem* metaphoricum dedimus, quod ob exiguum nem-pe similitudinem aliquam, ita *Chameleo* vocatus fuerit, nunc verum autem *parvum leonem* describemus, quem longè magis *Chamaleonis* nomen mereri comperiemus. Huius, vti & plurim alicorū animalium, atque plantarum Americanarum (quæ singula aliquando publici iuri faciam) descriptiones mihi lubens communicavit Reverendus admodum P. Fr. *Bartholomeus dela* *tegarz Hispanus*, ex Ordine S. Dominici, qui septennis in Americam delatus, ibi quadriginea annis ad montem illum argentiferum, toto terrarum orbe celeberrimum, & metalli huius fertilissimum, *Potosi* dictum, vixit, & operationum metallarum exquisitissimum habet peritiam, cuius doctissimis colloquijs anno proxime elapo aliquot etiam mensibus, recreatus fui. Sunt autem hæc F. Bartholomai verba.

In montibus del *Cuzco* quædam species est *leonus parvulorum*. Quidam enim albi sunt & nigri, ali vero rubei, varijsq. distincti coloribus. Verum tamen in omnibus sunt *leones* verissimi, coronam in capite gestant, iubaq. è collo pendente decorantur. Vngibus parvulis leoninis acuminatis sunt praediti. Ad iram non aliter, atque si magni essent *leones*, se quoque componunt & effrancuntur. Generantur vero tantum in huiusmodi partibus, quæ monosilimæ quidem sunt, sed in extremo tamen quasi gradu calidæ & humide. In quibus hac de caula omne genus arborum, & animalium noxiuum, ac venenorum procreatur. In hisq. tantummodo partibus del *Cuzco* istiusmodi leonuli, (vt sic dicam) reperiuntur, quos ego meis quoque oculis vidi. Tantopere hi ibi astimantur & amantur, ut mulieres nobiles in pectore vel manicis eos deferant, quia frigoris inclemantium pertimescant, quod ybi aliquo in excessu sentiunt, moriuntur. Quia de causa yisque ad Ciuitatem de *Lima*, quæ distat ab illa de *Cuzco* centum & quinquaginta leucis, deferrari necdum potuerunt, propter loca frigidissima, per quæ necessario iter est habendum. Hinc factum est, quod ad manus *Regis* peruenire hæc tenus non potuerint, qui sanè dignissimi essent, ut Regia sua Maiestati præsententur.

Atque sic Deo gratiam suam conferente, optatum *Chameleontis* etiam hilioris finem impolui. Hic Colophonis loco, de remedij ex hoc defumis aliqd annectere tempus moneret: sed dehortantur me & experimentorum ab ipso sumptorum defectus, & Græcæ vanitatis mendacia pro veris remedij credita, que *Plinij* lib. 28. cap. omnia recensuit, vt ipse & lectores inde voluptatem potius, quam utilitatem caperent. Quis enim tam bardus est, vt credat *Chamaleontis* ipsius iecur combustū imbre & tonitrua eiere? Linquam viventi exemplar ad vincendas lites, cor vero alligatum ad quaranas pollere? Dextram maxillam (quam scilicet non habet) contra formidines & paiores valere? Sed hæc, & alia, Lector abunde legit apud *Plinium*.

Chamaleo
hæc tenus
descriptus
est parvus
leo meta-phoricus.

F. Bartho-lomaeus de
Ygarza ve-
rum nobis
parvū leo-
nem Amer-
icani de-
scriptus.

Verba Fr.
Bartho-
lomaei.
In *Cuzco*
reperiuntur
pūilli ad-
modū leo-
nes.

Gaudet hu-
midis &
calidis lo-
cis mon-
tuosis.

Frigore
percusa
citat mo-
riuntur.


Hucusque
F. Bartho-
lomaeus.

Finis his-
torie de *Cha-*
meleonte.
Cur de re-
medij ex
hoc depro-
pis nihil
dicamus.

Vanissima
& risu di-
gnaria sunt,
qua Græ-
ci pro re-
medij a-
reditare.

TECHICHICOTL.

Siclo Nonæ Hispanæ.



IO. FABRI LYNCEI DESCRIPTIO.



X. Lacerorum genere quin sit hoc animal nulli ignotum esse potest figuram hanc insuuenti. A maxilla inferiore per totum ventrem inferiorem cærulei diluti valde est coloris, qui in parte crurum interna quoque emicat. A rostro superiore per tergum ad radicem caudæ, cum externa crurum parte, color viridis saturior, cum maculis vittobique plurimis cæruleis se pulchre manifestat. Totum corpus est squamosum. Squamas porro sunt diuersorum iam assignatorum quoque colorum. Pedes (qui in digitos quinque sinduntur) diluti virides. Cauda cum rubro lutescit, quæ eandem cum toto corpore, excepto capite, dimensionem habet, & non paucis ex viridi saturiore colore maculis ornatur. Oculus oblongus est, vt in lacerta, quod in alijs album, hic carunculum appetit albumen. Pupilla nigra, & orbita lutea est.

SCHOLIA EIVSDEM.

Auctor p-
ti veniam
si forsan no
commodè
fatis haec
animalia
latinis no
minibus
doner.

Hic iterum quod initio horum quoque commentariorum feci, à benevolo lector meo, æquioris animi sui aura milii imploranda est. Vt, si forsan in assignandis animalium Mexicanorum latinis nominibus hæsitam, id, quod ignarus sim idiomaticis Mexicanis potius, quam ut oscitantæ meæ, trubuat, rogitem.

Et cum lacerta hæc sit, atque venusto smaragdino simul colore ducetur, & similis in Iguana enitecat, dubitau primū, an non huius nomine insignienda foret. Huius autem Iguana descriptionem exactam & historiam cum mihi iam supra laudatus quoque P. Petrus de Aloaysa Americanus Limanus reliquistet, subnectere huc eam placuit. Non sum tamen nescius Carolum Clusium quoqu

quoque in Exoticis suis hoc ipsum animal ex Oviedo rotidem latinis nobis verbis descripsisse, & ex suis aliqua quoque addidisse. Veruntamen, quia nostra historia vel cum illis variat, vel plura & minimè ignoranda continet, hanc neutriquam intactam relinquam, quæ sic habet.

Iguana lacertæ figuræ animal est aquatile & terestre, quod in Regno Mexicano, & præsertim in Terra Firma de Panama, in magna quantitate reperitur & in illis regionibus huiusmodi animalis carnibus (quia dicunt pisces esse) diebus proflus omnibus velci licet, etiam in Quadragesimali ieiunio. Generat hoc in ventre suo copiosam ouorum multitudinem, quorum aliqua pipionum suis sunt maiora, & aliqua minora, egregij laporis, sicuti sunt oua gallinarum.

Hoc animal ex fructibus & herbis terræ se sustentat, cursuq. aptum, velox ac pernix est, sed magis in ascendendo arbores valet. Est coloris viridis, & sub gutture ingluviem ac veluti strumam habet, longa ipsi ac pinguis est cauda, in cuius fine seu acumine inuenire licet lapides Bezoar, sed hi non ita sunt albi, nec ita duri, vt in alijs animalibus Bezoar generantibus. Admirabilem hi virina viuis medelam præstant. Calculos renum & vesicæ lapides exterminant, viscosumq. in virinarum meatibus contentum, & harum exitum retardantem humorem dissoluunt.

Est hæc præterea animalis huius proprietas. Cum capit, viginti etiam dierum spatio vix quicquam comedit, etiamsi ei cibus præbeatur. Contristatur tunc temporis maximè, & tamen licet neque bibat nec manducet, non moritur, quia (vt communis fert opinio) proprijs suis visceribus alitus, vitamq. propagat, hoc est suo ipsis hepate. Et ideo tam diu hoc aiunt vivere, quamdiu hepatis perdurat, & euidenti comprobatum experientia esse, quod aliqua horum animalium, post occisionem sine hepate reperta fuerint, alia dimidia saltem habuerint, & alijs plus alijs minus, ex eodem relictum fuerit, prout plures, pauciores, dies à tempore captiæ corum præterierint.

Lapis Bezoar istius animalis, quem dixi virilem esse ad virinam, & ad tollendos lapides de rebus, aliasq. vilcositas, quæ in his partibus procreantur, dissoluitur in vino, & melius in aqua quæ vocatur de Azabar, & cum est ieiunius infirmus, bibit eam, & statim sanus euadit. Ego non paucos habui ex istis lapidibus, sunt aliqui parui sicut Auellane, alij magni veluti oua columbae, & omnes tam parui quam magni albi sunt coloris, qui facili negotio dissoluuntur in aqua, & incolæ colligunt quamplurimos lapides paruos istius animalis, & ex ijs facta malis componunt lapidem magnum Bezoar, quem adferuant, profuturum huiusmodi malis, ceu indubitata medelam. Vidi meis oculis huius medicinæ efficaciam, nam plurimi accipientes eam, sanati fuerunt.

Atque hæc F. Petrus de Aloaysa, qui Iguana suæ viridem adscribit colorem, qualis nostræ huic præsenti est lacerta. Scaliger tamen, nigrum corium Iguana assignat, aut maculis interstinictum, & Higoanam appellat, male Hyuanam ab aliquibus vocari inueniens. Sub terra latet is, inquit, lacertus qui niger est, aliquum more lacerorum. Est capite cristato, ferrato dorso, ad cristam vsque. Pro delicatissimo cibo, venalis est in mercatibus. Carolus Clusius lib. 5. Exoticorum, post Lacerum Indicum, & lacerum peregrinum alium, etiam Iguanam (quam ipse ramen

Scaliger &
Clusius nō
viridē, sed
nigrum fu-
scum, & ci-
neritiū co-
loris Igu-
ana tribuit
dei iunctio-

Hil lapides
in vino pre-
cipue dilu-
luntur.

F. Petri ab
Aloaysa
verba.

Huius ani-
malis car-
nes rapido
sum exca-
vata in Qua-
dragesima es-
tantur. U
Vescitur in
herbis &
fructibus.
Geri lapides
Bezoar in
cauda, qui mirè
præstant in
affectionibus
virina.

Hoc ani-
mal capi-
dit a ciba
abstinet.

Aiunt suo
hepate sic
vivere.

Tuanam nominat) & verbis & iconē repräsentat. *Totacutis*, ait, partim cinc-
se, partim fuscis coloris, velut squama testa, in dorso quidem cruribus & caudae inno-
maioribus, in ventre autem minoribus &c. Ceterum terratum & dorsum, & cauda
depingit. Cui palearia sub mento, sive ingluies ad pedes quaque propin-
Nostri hoc det. Ex quibus aliatis notis adducor, ut nostrum hunc, quem praetribus
animal non
videatur esse habemus *lacertum*, vix affirmare audeam *Tuanam* esse. Magis adhuc quin *Clasij*
Ygana.
pictura conuenient illud hoc opere *Mexicano* à *Recchii* de scriptum animal, & for-
mā sua, cum ferrato dorso in tabella exhibitu, quod is *Axolotl*, sive *Luzum aqua-
rum* vocat. Sed neque hoc *Tuana* est, vt historiam eiusdem per legenti parebit.
Cum autem *Recchii* licitum ybius fuerit, plantas *Mexicanas* latino donare
nomine, à leui aliqua similitudine, quam oīum nostrorum plantarum aut fo-
liis, aut floribus vel fructibus participant, desumpta id mihi hīc quoque priu-
legiūm minimē denegari velim. Audebo igitur *lacertatum* hoc animal *Stellio-*
rum appellare, ob maculas, quibus tam in cauda, quam dorso conspersum esse
descriptio nostra indicauit. Volunt enim authores, inter quos *Dalcampius*
quoque ad lib. 11. cap. 26: *Plinius* *stelliones* ita vocatos fuisse, quod tergum corum
velut *stellis* esset notatum.

Est autem *Stellio à lacerto* quid differens, si *Aristotelem* audimus lib. 8. hist.
an. cap. 17. quando cortice intacta maxima ferè sui parte secessus, suo tempo-
re latere, & senectutem exuere scriptis. Et inter haec *Testudinem* minimē re-
conset, vt qua corticem seu testam suam nunquam exxit; Verum hoc accide-
re ait *stellionis*, *lacerto*, & *serpentibus*. Quod paulo superius cap. 15. nempe, ex-
pressis magis his verbis quoque docuerat. *Sanguinei generis multa* sē condant,
vix que intacta cortice sunt, *serpentes* dico, *lacertos*, *stelliones*, *crocodilos*, *australes*.
Hic vt ego reor, *Aristoteles* *serpentum* nomine generice, & *lacerti* vocabulo spe-
cifice vixit, vt ab utriusque excluderet *stellionem*, quem neque *lacertum*, vel
lacertam in specie, & non communiore significatu ita dictum esse vellet, nec in
serpentum genere comprehendenter. Quale autem verè animal, veteres perdi-
ctum suum *stellionem* intellexerint, adhuc sub indice lis est.

Aliqui di-
cunt *stellio-*
nem esse *la-
certum viride*, *Ragano* vocant Romani. Hoc improbat *Ponzettus Cardinalis* de
Venenis agens, & aliam substituit *lacertulum*. *Stellio* multas maculas parvas in
dorso habet, ait, similes *stellis*. Non enim est illa *lacerta*, qua aspicit homines, ipsa enim
est *viridis* (*Ragano* nempe Italice dicit) illa habet colorem aruginis artis, & for-
te est de genere earum, qua versantur in adscisis, & domibus antiquis, & raro mordet
quia habet dentes tortuosos, quos relinquere in vulnere. Putat *Gesnerus* *Panzettum*
hic non de alia sentire *lacerta*, quam de illa, qua Romanis ac Tuscis *Tarantola*
vocatur. Quod si hanc intellexit, mendum haud vulgare in eo commisit, quod
dixit, hanc colorem aruginis artis habere, cum autem arugo artis sit adeò viridis,
vt absoluta voce viride artis dicatur: profectò sic *Stellio* *Ponzetti* viridis esset, quē
ipse colorem tamen repudiauit. Dicere itaq. is potius, & scriptor magis scri-
bere debebat, *aruginis ferri*. Hunc enim colorem luridum ferruginis emulum,
Tarantula habet, & neutiquam illum, *maragdinum*, *aruginem* seu *viride artis* refe-
rentem. *Matthiolus* noster *Ponzetto* suffragari videtur, commentario suo in
caput

capit. 59. *Dioscoridis* libri secundi, vbi *Seps* describitur, haec autem ipsius ver-
ba sunt. *Verum minimē reticendum duximus, reperi in Hetruria, in Romano agro,*
ac etiam in Apulia, quoddam lacertarum genus Terrantola vulgo dictum (alij *Taran-*
tola vocant) *quoniam sub terra delitescat. Que cum homines mortu perimat, fecit,*
ne mecum quandoque cogitauerim, an ea fortassis *Nicandro* & *Dioscoridi chalcidica*
esset lacerta, aut stellio, quod Stellis maculata insignitaq. cernatur. Hic idem lib. 6.
Dioscoridis cap. 4. vbi de *Salamandra* agitur, denuo *Stellionum* mentionem ini-
cit. Et vbi multis argumentis deduxisset, magnos illos *lacertos*, quos aliqui vo-
cant *Ranaros*, alij *Liguros*, nos vt dixi, hic *Roma Raganos*, non esse *stelliones*,
quod minimē homini sint inimici, sed amici, nullum autem animal homini inui-
deat fraudulentius *stellionibus*, *Plinio* teste. Quod item virides illi *Ragani* in cam-
pestribus degant, *stelliones* vero in sepulchris & dominibus obserrent. mon uicel
Et cum secundum eundem *Plinium* *stelliones* non aliter ac *Chamelones*, rore
rantum vinant, praterquam *araneis*, magni autem & parvi *lacerti nostri*, co-
chleas, cicadas, locustas, & papiliones deuorent, quia *apes* quoque furentur
et *Columella*, & *Georgicon Virgilios* monent, *abstineat* & *picti* *squalentia* *terga lacerti*, *collit* *viscidissima* *cauda* *lata*
- *Pinguibus à stabulis*.

Hoc est, ab aluearijs, ne *apes* deprædentur. Concludit demum, non aptius vi-
lis *lacerti* *stellionum* nomen & proprietates conuenire, quam illis, quas nos *Ro-*
ma & in *Hetruria* *Terrantulas* appellamus, quod & ha*araneis* vescantur, & in
Italia præcipue proueniant, veluti *Aristoteles* de *stellionibus* asseruit, quod venenū
etiam in mortu relinquant, & quod maculis tandem stellarum modo radian-
tibus nitant. Hic vt obiter hoc addam, nescio equidem an rore & *araneis* so-
lummodo *stelliones* victent, cum *Virgilius* iam citato loco hos etiam aluearijs
inhire hisce verbis innuerit:

At suffre thymo, cerasq. recidere inanes

Quis dubitet? nam sepius ignotus adedit

Stellio.

Scio quidem præter *Plinium* etiā 9. Hist. an. cap. 1. *Aristotelem* haec scripta re-
liquisse. Inter *stellionem* etiam & *araneū bellum* est, deuorant enim *aranei* à *stellione*.

Atqui hoc non arguit, *stellionem* cibos alios ideo non assumere. Et deplo-
randum est, bonas illas *apiculas* à duobus simul inimicis inuadi, qui & ipsi in-
ter se hostes sunt. Nam eodem *Virgilio* authore, & ipsa *aranea* ad aluearium
tete suum expandit vt capiet miserias. Sic enim ibidem canit:

Aut innixa Minerue,

In foribus laxos suspendit aranea casses.

Sed vt ingenuè fatear, neque me *Matthioli* argumenta tantum mouent, vt
Tarantulas has nostras, *stelliones* veterum esse credā, cùm has neque hominibus
adeò insidiari, nec hos à *Tarantulis* demorsos, & periculū passos fuisse qui fre-
quentissimas illas viderim, hactenus obseruauerim: neque ipsummet *Matthi-
olum* hoc ita profus esse, iuraturum mihi persuadeam. Dubitat enim eodem in
loco, an *stelliones* etiam ad *lacertarum* genus sint reducenti: *Sed an lacertarum*
geni legitimè stelliones adscribi possint, ait, *profecit non autem decernere*.

Rrr 2 Hoc

Sed illos
postius qui
Terrantola
vel Tarantola
Roma
& in Hera-
ria voca-
tur.

Matthioli
argumenta
hōc non cō-
vincunt &
implent
queque ha-
bitat.

Itali timet ¹⁹ *Hoc interim negare non debeo, ubi Itali nostri Tarantulas in cubiculis suis, valde Tarantulas huiusmodi, & quare.*

in quibus libenter, quando muri vetustiores sunt, perambulant, conspicendi, horrore quasi percussi & timore affici, quasi magni quid mali, ex ipsis imineat illis, eum tamen fanaticus quidam potius motus hic videatur, & nagiis ipsis coloris sceditas atque deformitas, quam animalis ira & malignitas perterrefaciunt.

Parum scimus praeferim quo ad Democriti patrem rediūimus, domittimus hamum, pescarunt, spe nostra frustramur, & plenariae non nisi verba capimus, fixarum fidem in veteri scripsi harolarum volvamus.

Ecce iterum ad Democriti patrem rediūimus, domittimus hamum, pescarunt, spe nostra frustramur, & plenariae non nisi verba capimus, fixarum fidem in veteri scripsi harolarum volvamus.

ex veterum historijs legitimum demonstrare Stellionem potuerit. Ut ita idem

rum propterea aliqui videri debeant, si nos Non orbis hunc lacertum nostrum, Stellionis nomine insigniuimus, quod eidem conuenire ideo putauimus, quia frag-

culis quamplurimi (quod stelloni proprium esse volunt inter lacertos) interfin-

guitur, & quia aliquo saltē Latino a nobis nomine donandus erat.

Causa etiā ex Ouidio assertur cur auctor hoc animal stellionem vocari.

Hoc autem ut facerem, ingeniosissimi poeta Ouidij fabula, quam s. Metamorphos. de puer in stellionem verso reliquit, me impulit, & quā vñica ferme ex tota antiquitate stellionis magnitudinem monstrat, & sufficit forsitan, ut credamus eam ipsam, quam paulo supra Terrantula, aut Tarantola nomine descripsimus, veterum Stellionem esse. Si quidem hie stellio fertur machilis, plurimis depictus fuisse, & minor lacerta communis, quia temp̄ parua est.

Vtrumque in Tarantula nostra vulgo sic dicta, elucescit lumen. Cum itaque

Ceres fessa labore in quarēndā filia sua Proserpina à Plutone raptā, sitret vñchementer, & ab anicula rustica potum petret, hæcq. polentiam paulo ante coccā præberet, eamq. audiē illa biberet & ab alante puer rideretur, Ceres irā per-

cita in stellionem illum commutauit. Liber autem, ut dufiusculam hanc profanam orationem molliam, lenissimos & elegantissimos Nasoris versiculos hic interferere.

Dum bibit illa datum, duri pueroris, & audax.

Constituit ante Deam, risisque, audiamq. vocavit.

Offensa est, neque adhuc epota parte, loquenter.

Cum liquido mista perfudit Diua polenta.

Combibit os maculas: & qua modo brachia gesit,

Crura gerit: canda est mutatis addita membris.

Inq. breuem formam, ne sit vis magna nocendi,

Contrahitur, paruāq. minor mensura, latera est.

Mirantem, scintemq. & tangere monstra parantem;

Fugit anum, latebramq. petit, aptumq. colori.

Nomen habet, varijs Stellatus corpora gustis.

Vix partes hic meas, index etiam rogatus & arbitri, interposuero: Vt etiam elegantiū hanc nobis fabellam repræsentauerit, Ouidius ne eloquentissimis verbis, an venustissimā picturā sua Adamus Elshaimer Francofurdianus, frequentissimus olim domi mea hospes, qui eandem fabulam in tabella cuprea tēplici spitham longā & vnam latā, tam solerti, graphicā, docta & ingeniosa manu depinxit, & in eis postmodum incidi permisit, ut simile nunquam arti

picto.

*Adamus
Elshaimer
Germanus
nobilissimus
Rome pi-
ctor.*

*pictoriae opus Rome vñsum fuerit, & ob id plus quam ducentis Philippis di- uenditum. Hic, vbi pusilla figura aliquæ animatae veluti, ac spirantes, eaq. vel sub obscuræ nocte adumbrantæ, vel solis in ortu, aut occasu propalanda, vel pluviis, maris æstu, aut similis aliqua tempestas singenda ac pingenda so- rent, pictoribus sui temporis palmam omnibus præcipiebat. In sylvarum & arborum amoenitatibus, florum gratijs, rurum delitijs colore viuo repræsen- tandis, ita Natura genium & ideam est assecutus, vt non coetaneis modò suis, sed (hac in re præcipue) posteris quoque pictoribus oculos aperuerit, quod vel solus Paulus Brill *Belga* præstantissimus nuper Rome pictor docere potuit, qui *Adami* modulum postquam fuit secutus, his ultimis viginti vita- ñ annis, ea in hoc genere pictura, (Paci vocant Itali) opera nobis teliquist, que plane aurea sunt, sed æra illa (vii ita dicam), qua ante hos viginti an- nos, cum tamen tunc quoque fama floraret, mundo is ipse communicauit. Verum hæc verba esse inquietas. Quare ad ipsa opera *Adami* contemplan- da prouoco, quorum aliquot, sed pauca, domi mea quoque conseruo.*

Verum enī muero, ita deerunt, quibus conuenientius longè facere vñsum fuisset, si Salamandram potius, quam stellionem hoc animal indigitasse. Ebenim Salamandra haud dissimile, qua Plinia scribente lib. i o. cap. 67, animal est lacerti figura, stellatum. Et Dioscoride lib. 2. cap. s. 4. ad stipulante lacerti genus & varium. Quale apprime nostrum esse, Figura quoque quam Zoographi, Mat- thiolus præsertim, posuerunt, non multum refragatur. Ast quoniam Salamandra non magnum est animal, nec in molem insignem ex crescere, quod in lacertis tam alijs eueniē solet, nec squamis vñquam operitur, velut in Germanie locis subterraneis non raro inveniātū fuisse memini, & grande sat is capit Salamandra est, quod in nostra non appetet, ideo stellionem libentius, quam Salamandram, hoc nostrum appellauero. Color quoque reclamat, in Salamandra abom- nabilis niger & luteus, qui ambo in serpentibus reperti horrorem inueni- bus incutient, viridis autem cum cæruleo in nostro mixtus magis longe est placidus.

Quoniam igitur Salamandra mentionem quoque inieciimus, non abs re- forsan fuerit, errorum aliquor, quos apud duces nostros & antesignanos ani- mantium historicos, reperio, posteros admonere. Aristoteles ex horum nu- mero eximam, qui Salamandram forsitan nunquam vidit, cum dicat lib. 5. cap. 19. Hist. animalium. Nonnulla corpora esse, que igne non absumentur, Salaman- dra clara, ait, documento est, que de aucti, ignem, inambulans per cum, extinguuit. Hoc puto aequū forsitan vñsum est, atque alterum, quod eodem loci adiunxit, de muscis quibusdam maioribus, quas in fornacibus, inquit, ararijs Cyprī nasci, quæ per ignem innoxie saliunt atque ambulent. Hæc Matthiolus ridet, & si vera essent, inquit, Galenum quoque diligentissimum arariarum fornacum Cyprī inquisitorem, harum aliquam facturum mentionem fuisse. Cui ego assentior, qui sciāt quam energiam ignis habeat, vt omnia etiam metalla, excepto au- ro, nedum animalia destruant. Nisi tales fortassis muscas fuisse credibile fuit, quales nuper à Claudio Meneti Gallo antiquitatis, numismatum maximè pe- ritissimo confessas ex chalybe vidi. Has vbi operculo pyxidis cuiusdam, in

Rrr 3 qua

*Hic in par-
ticulari
bus figura
ad vñsum
exprimit
parem vñ
habuite.*

*Poteros
suis picto-
res Paulus
Brill præ-
cipue verū
modum ar-
bores pin-
gendi do-
cuit.*

*Rationes
cur hoc a-
nimale pol-
let. Salamand-
ra vocari.*

*Impuga-
tio carni-
dem rati-
num.*

*Erros alli-
quot, qui
in historia
Salamandre
occurredit.*

*An Salam-
andra ignem
extinguit,
& mulce-
quædam in
igne naçá-
tur, vt Ari-
stoteles vo-
luisse vñsum
est.*

qua certo modo magnetis fractula quædam disposituerat, imposuerat, hæc ocy-
fime, quasi volarent, ad locum ubi subitus magnes occultatus fuerat, transcur-
sumque rerunt. Sed & *Dioscorides* lib. 2. cap. 56. frustra creditum ait, ignibus non vri-
hos rideat *Matiolius* Salamandram. Et *Matiolius* facto periculo, brevi eam ab igne combustam
vidit. Et enim ignis non aliter, ac tempus edax rerum. De hoc *Plinius* etiam
lib. 2. cap. 107. Quo ost illa natura, inquit, qua voracitatem in toto mundo audi-
fimam, sine danno sui pasu? Excedit profecto omnia miracula, ultam diem suisse quo
non cuncta conflagrarent.

Tantum nihilominus potuit apud hunc sive *Aristoteles* authoritas, sive vulgi
persuasio, ut lib. 11. cap. 37. vt *Pyranaas* quoque admirerit. Gignit, ait, aliqua
etli credi
dicta
dicitur
Hoc suu
Hoc ipsum
fecit Seneca
ca.
Author ma-
zore habet
rationē ef-
ficiens reū
& experi-
mentorum
quæsitione
authorum.

Plinius ra-
men Aristo-
teli credi
dicta
dicitur
Hoc suu
Hoc ipsum
fecit Seneca
ca.
Author ma-
zore habet
rationē ef-
ficiens reū
& experi-
mentorum
quæsitione
authorum.

Nec tu aliud Vestam, quæ parum intellige flammam,

Nec tu aliud Vestam, quæ parum intellige flammam,
nataq. de flamma corpora nulla vides. pl. 1. v. 10. c. 10. n. 10. ad. 10. n. 10.
Verum ad Salamandram revertantur. Plinium primò mirari licet claudicantem nec sibi ipsi copientem. Libro enim 10. cap. 67. Salamandram autem, inquit, rigor inest, ut ignem tactu restinguatur. Libro 29. vero cap. 4. hoc negat.

Ex ipsa, ait, (*Salamandra*) quæ Magi tradunt contra incendia, quod ignes sola animalium extinguit, & forent vera, iam esset experta Roma. Sextius quoque apud eundem probat, Venerem quidem ab hac cometta accendi, sed ignem restinguere negat. Alterum est, quod *Matiolum* *Dioscoridi* suo repugnare, & huius mentem atque clarissima verba non latius capere stupeas planè. Hic enim lib. 6. cap. 4. respondens aliquibus, ut air, dubitationibus: Quomodo *Diosco- ridi* hoc in capite potuerit aduersus venenum *Salamandram*, eadem probare ate-

tiodata, quæ cantharibus resistunt? cum *Salamandra* venenum sit frigidum, cantharides autem calidissimæ & siccissimæ existant. Conciliat hoc ipse, ut si bi persuaderet, commodissimè, & talibus verbis responderet. Quod ubi *Dioscorides* *Salamandris* cantharidum commendat medicamenta, de generalibus quæ in pniuersum sunt, duntaxat, intelligit, nempe vi quædam citi fieri posit, venenum è ventriculo & intestinis extrahatur, crbris vomitionibus, & clymatis acrioribus: in cordisq. pre-
dium dentur, Theriaca, Myrridatum, aliaq. generosa antidota, qua pota cor ipsum & venenatio omnibus tuerintur. Siquidem in cantharidum capite, quod omnium primum habeatur, generalis methodus *Dioscoridi* tradenda fuit, ne eadem per singula capita ser-
pe frusta, & inepte repeterentur. Quare jetè, cum ad cantharidum remedia legentes
rejicit, de generalibus tantum intelligit. Autem eandem *Salamandris* adhibet cu-

rationem,

rationem, quam opio, quod tam hoc, quam ille frigidissime sunt temperamento, pra-
terq. ceteris, Theriacam, Myrridatum antidotum, resinam theribuminam, stryacem, urtica semen, & cupressi frondes. Hæc debui necessariò ex ipsis *Matioli* com-
mentarijs transcribere, vt quam qualitatem (frigidam scilicet) is *Salamandris* adscribat, proprijs verbis conuinatur. Iam velim autem *Matioli* confide-
rasset attentius, quæ *Dioscorides*, quem ipse interpretandum, & explanandum sumpit, de calida aut frigida huius animalis intemperie libro 2. annotauerit.

Cuius hæc sunt verba. Vim habet (*Salamandra*) erodensem, calcitorm, exulta-
rantem. Additur vt cantharis in medicamenta, quorum vis est effusæ, & lepras abole-
re, similiq. modo reconditur. Liquefacta in aero pilos euellit. Exenterata detractis pedi-
bus & capite in melle seruatur ad evindendum resum. Qui ex avertisfimis hisce *Diosco- ridi* verbis, non colligit, calidissimam esse *Salamandram*, quemadmodum can-
tharis est, & non frigidissimam, velut esse opium creditur, is aut oculis orbus
est, aut quæ videt, ac legit, hæc negligit & intelligere haud cupit. Quid gitur
opus fuit, ut *Matioli* paraphras tam longa, & exultatione hac vteretur, no-
uoq. quodam modo explicaret, medicamenta cantharidibus debita, generali-
ter tantum *Salamandra* competere? Ast si mihi hariolari licet, rem acutam cer-
te tangere, & *Matiolum* dubio omni procul, ex duobus capitibus permotum
& adactum fuisse affirmare ausim, ut *Salamandram* frigidissimam esse sibi per-
suaderet. Primum ex ipso *Dioscoride* sumere potuit, quando *Salamandra* ve-
nenum tale esse monuit, vt in homine id accipiente menem & sermonem prepa-
ret, tremorem etiam cum torpore aut horrore quodam induceret. Sunt autem hæc om-
nia perniciose potius frigoris, quæ caloris soboles, si Medicorum axiomatis
assentimur.

Alterum est clarissima *Galeni* authoritas, 3. de Simplicium facultat. cap. 6. Secundo ex
Dicant igitur si laber, ait, papaver, mandragoram, cicutam, *Salamandram* esse calida.
Verum nemo id dicit, sed velut uno ore omnes frigida pronunciantur. Nec est quod
mihi hile opponat aliquis, *Galenum* in subsequentibus verbis, non negare, etiam
calidam esse *Salamandram*, sic enim ait. *Atqui animal est Salamandra, quid ex-
quiritur, & crescit & mouetur, que sanc calido in mistura vincente provenire afferunt.*
Hoc enim & non aliud vult hic dicere. In se quidem consideratam calidam
esse, cum frigus naturæ opus non ingrediatur, & vita in calore consistat, ad ho-
minem vero collatam, frigidam: quippe quem frigefacere strenue possit. Idip-
sum ergo de cantharide alteruero, vt animal, hanc à calore aliquo vita munia-
bit, ad hominem vero compararam, cum hunc in excelsu quodam calefac-
re valeat, calidissimam iudicari. E contra frigidissima homini fœrit *Salaman-
dra* si modò vera sunt, quæ *Galenus* pro confesso posuit, cum hanc sociam fa-
ciat papaveri, cicutae, mandragora frigidis per ipsum venenis, quod 3. de Tem-
pamentis cap. 1. quoque repetit & lactucam insuper adiungit.

Attamen vt huic, quod posteriore loco dictum fuit, primò respondeam.
Nescio quomodo *Matioli* doctorem suum *Dioscoridem*, quem tantis eue-
ludibus, cuius singula ferè verba, singulis illustrare commentarijs voluit, à
cuius gloria & ipse immortalitatis sibi famam quasiuit, nescio inquam, qua
cum iam fronte posthabeat, ipsiq. discipulum *Galeum* præponat? qui boni
quic-

Matioli
indicit
Salamandram
esse frigidis-
simam.

*Diosco-
rides* cōtra-
statuit ca-
lidissimam.

Ergo erat
opus ut
Matioli
noue mo-
do *Dio-
scordi*
ridem ex-
plicaret.

Author di-
stinctare vlt
detur, quo-
modo *Mati-
oli* de-
cepit fuc-
rit.

Primo ex
verbis *Dio-
scordi* 2.

Galenus di-
uerlo relata
et*Salaman-
dra* am
calidam, &
frigidam
esse.

Responde-
tur po-
teriori argu-
mento.

Galenus in suis de mendicamentorum simplicium libris collegit, ex Diſcoridis fontibus ferme totum hauſit. Acque viuam intra limites Galenus se continuat, nec ad temperamentorum gradus, & graduum quoque diuisiones, que, ut medicamentorum compofitiones vocant, maximes, tam prope accedere tentasit, in quibus aliſignandis tam ſecures, & audacter decernit, clementorum milcelas, & proportiones tam recte, callore praefamit, ac si locios, vel magistros habuiffet Deos illos fictitious, sive *Dionysum*, sive *Vulcanum*, sive quemuis alii, quos Plato in *Philebo* ſuo mixtione officium fortitos fuiffe, iam olim commemorauit. Non est autem de nihilo prout hoc argumentum, quod primo loco ponebatur, & fortasse *Mariſholo* imponere potuit, cum videret, torporem, horrorem, tremorem, sermonis & mentis præpeditionem, & quandam corporis evolutionem à *Salamandra* induci, qua omnia à frigore originem trahere vero haud abſimile erat. Nam & idem *Diſcorides* capite de *Cicuta*, refert hanc conſimilia accidentia in ferre, bculis nempe caliginem offundere, mentem turbare, artus extremitos gelidos reddere, & convulfionem demum concitare. Est autem omnium contentus Medicorum, *Cicuta* frigidissima. *Plinii* lib. 9. cap.

4. Inter omnia venenata memorat *Salamandre* icelus maximum esse, quod non singulas, ut alia venena faciunt, personas, sed populos etiam improuidos necesse posſit. Nam si arbori irrupta aut omnia pomā inficit veneno, & eos qui edunt, necat frigida tui nihil, aconitum difſans. Et paulo tamen inferius hæc habet. Sextius autem *Venerem* accendi cibis carum (*Salamandrum*) si devractis inter annis, & pedibus, & capite, in melle, seruentur. Hic quis non contradictione ſtatiuim emergere aduerterit? Quomodo enim *Plinii*, du fratio modo credidit. *Venerem* accendi, & frigida vi enecari hominem, ab uno eodem animali affirmare ausus fuit? Atque ut verum fore, hoc vltima *Plinij* verba, videntur mihi *Diſcorida* illa corroborare, quando *Salamandre* venenis cantharidum antidota opponit. Nam & ipsa cantharides *Venerem* quoque non vrinam ſolummodo promouent. Lepidam hic historiam narrabo. Noui puerum quendam nobilis, qui præceptorem olim ſuum, nimis ſibi forſan durum & ſeuerum, veneno tollere conſtituerat; cumq; hoc effectui dari poſſe, per ipsas cantharides exiftimaret, empicis barum aliquot à pharmacopola, & in puluerem tritis, duas tresue, in cantharū ſive lagenulam, in qua præceptor potum ſuum alſeruant, immisit, & quod in vno habebar, ſibi ſuccellurum certò sperabat. Sed cum hic neque prima, neque ſecunda, neque tercia die morteatur, ab incepto puer defiit. Interea vi ille bonus, tentigine maxima vexatus, & *Venerem* aſtuans, nec vnde hoc proueniret, diuinare valens, remedia etiam spiritualia, ut probis moribus erat, ab illici, quibus in conſelione conſcientiam ſuam crederet ſolebat, postulare coaſtuit fuit. Res haec multo poſt tempore manifesta euasit. Et ne quis hic *Plinio* ſe pro *Plinio* fore auxilio exiftimans dicere poſſit, venenum quo *Salamandra*, ſive aquam, poſſet, ſive pomā conſpurcat, frigidum eſſe, cum carnē tamen animalis calidæ venenū ſollicitare queant (heterogeneas enim eiusmodi partes frigidas inquam & ſed *Diſcorides* calidas, in quouis ferè mixto Medicis facile ut ſtaruant, ita quibusui obiectio- thiolus hoc nibus per has facillimè repondent), ne inquam, ſic quis tueri *Plinum* putet, non per- ipſem *Diſcorides* renititur, qui ſupradicta ſymptomata, non à ſputo ſolum anim-

animalis, ſed ab ipſam hauſta *Salamandra* ſuperuenire poſſe, clarissime ſcripit. Et *Mariſholus* ibidem: Non ſolam, inquit, veneno inficit & necem affert, *Salamandra* ſicca & in puluerem poſta, vel clam cibis admixta, ſed & mortuā viperarum modo, ceterorumq; ſerpentum, venenum ejaculantum.

Eſt & aliud quod non leuem hic *Plinio* controverſam facit, quod hic *Salamandra* venenum frigida facultatis, cum *Aconiti* tamē veneno comparauerit. At *Aconitum* nemo inquam mortalium, quod equidem ſciam, inter frigida venena enumerauit, ſi modò hæc quoque in terum natura reperiuntur. *Galenis* exprefſiſſimis verbis lib. 6. de *Simplicium medicamenta facultatibus*. *Aconitum*, ait, ſeptrice & deleterie facultatis eſt. Septica autem apud eundem 5. lib. cap. 15. non frigida, ſed calida admodum lunt. Quare ibidem *Aconitum* cum ſequentibus calidiffimis enumerat his ipſis verbis. Utrum nonne expedīt, ea medicamina que ſepta & ſeptica nuncupantur, & ſunt auripigmentum (aporus, Grati robant.) *Sandaraca*, *Chrysocalla*, *Dryopteris*, *Pityocampe*, *Aconitum*, omnia eliquare, ſum colligare, ac potifimum carnem tenellam (idq; abque dolore). Ego equidem reperiam iam id, quo ab hac maniſta quasi contradictione magnum hunc lcri, protem *Plinij* vindicarem, ſi dicerent, ipſum inter velocitatem, & violen- tiam, qua tam *Aconitum* quam *Salamandra* energiam ſuam exerunt, inſtituſe comparationem potius, quam ad frigidam vtriusque qualitatem reprobare. Est autem hic *Plinij* locus minimi obſcurus, lib. 27. cap. 2. Sed antiquorum, ait, curam diligentiamq; quia poſſit ſatis venerari? Cum conſet omnium venenorum acyfum effe aconitum. Et alio loco, inter venenata omnia *Salamandra* ſcelus maximum prædicauerat. Atqui *Ludonicus Dominici* non permittit, ut *Plinum* exiſtem, qui hunc ex Latino in Italicum idioma tranſtulit, & verba ipſius ita in- terpretatur, vt velit *Plinum* innuere planè voluisse, *Aconitum* & *Salamandram*, inter ſe conuenire in vni veneni frigida. Hæc enim ipſius ſunt Italica verba, quando ait, *Salamandram* conſidentem in arborē, veneno frigido (in quo Aconito ſimilis fit) pomā corrumpere. Percioche, inquit, ſe ella monta ſuā va aberto, lo corrompe tutto di veleno, & con la ſua fredda forza, la quale non è punto diſferente dall'aconito, uicide tutti quelli, che ne mangiano.

Siquis aliam *Plinio* medelam adhibere velit, ac poſſit, id ut faciat per me- liorabit. Ego ut hoc ſemel hic dicam, non maledicendi ſtudio adactus, veterum ſubinde errores detego. Pessimè enim maledicūm odi, & *Quintiliano* adhæro dicenti: Maledicus a maleſicio non diſtar, niſi occaſione. Cuius & hoc prudentiſſimum monitum magnificatio: Nos mulcas ad diſcedendum commoditates babemus pre antiquis. Illus enim inuenienda fuerunt, nobis cognoscenda. Toti nos præceptori- bus, tot exemplis inſtruxit antiquitas, ut poſſit ſtideri, nulla forte naſcendi etas felici, quam noſtra, cui docende priores elaborauerunt. A quo tamen & hoc ſubinde nobis inculcari aduerto, & veriſimum reperio, quod ſupra me quoque mo- uuisse memini, ſed non ſatis dicitur quod bene dicitur, quare denuo reperio. Ne- que id ſtatum legenti per uafum ſit, ait, omnia que magni authores diſcerint utique eſſe perfetta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſum volupati, nec ſemper intendunt animum, & nonnunquam fatigantur. Quid ſi hoc Clafficis etiam authoribus ſluuenire ſoleret, quid de me, de te, mi- lector

Author nō
ſtudio ma-
ledicendi
aliquando
veteribus
reſiliſit.

Loca pul-
cherima
ex Quinti-
lano quid
de antiquis
ſit flattu-
dum.

Quid ſi hoc
Clafficis etiam
authoribus ſluuenire ſoleret,
quid de me, de te, mi-
lector